

(2) *Devastatio patriæ obvertenda Deo ad provocatio- nem clementiæ. Deus enim autor omnis abundantie.*

USUS E VERSU VIII.

(1) *DEus non recordatur iniquitatum priorum, (etiam pueritia, Psalm. XXV, 7.) quando propter oblationem Messie sanctissimam eadem plenè condonat. Aliàs oblivio in DEum baut cadit. v. L. de Justific. item Psalm. XXXII, 1. seqq. Rom. IV, 5. Ebr. IX, 22.*

(2) *Ex merâ Dei commiseratione, circa ullum meritum proprium, dimittuntur nobis & culpe, & pœna: Ephes. II, 8. Rom. III, 20.*

(3) *Festinatio petua arguit periculi, immensitatem, excidique totalis propinquitatem.*

(4) *Quo penitius nostram agnoscimus penuriam, (exhausti sumus) eò faciliorem sentiemus DEi gratiam, Luc. I, 53.*

(5) *In ecclesiâ non sunt meri Sancti; contra Donat. Anab. &c.*

USUS E VERSU IX.

(1) *Auxilium querendum à DEo solò, utpote qui est DEus Jifchénu (Jesus noster) salutis nostræ. Matth. L, 21. Jef. XLIII, 23. XLV, 21. XLVI, 13.*

(2) *Merita propria è precibus eliminanda longissimè: tantum urgenda divini nominis gloria; eaque tam præterita, quam præsens & futura. vid. Psalm. LXVI, 2. XCVI, 8.*

(3) *De expiatione peccati L. de Justif. & Redemt.*

(4) *Nomen DEi excludit omne nomen meritumque humanum. 1. Cor. IV, 7. Luc. XVIII, 14. Psal. CXV, 1. LXXIV, 24. Jef. XLIX, 4.*

USUS E VERSU X.

(1) *Hostium sarcasmi urgendi ob gloria div. pe-*

riculum. Sic enim blasphemia oriuntur contra DEi veritatem, bonitatem, potestatem &c. assimilatur Baali fido, conf. 1. Reg. XVIII, 27. item Joël. II, 20. Exod. XXXII, 12.

(2) *Vindictam sanguinis petere licet, cum eandem promiserit Dominus.*

(3) *Vindictam petimus publicam, & hostibus & nobis conspicuam, ob gloriæ divini augmentum.*

USUS E VERSU XI.

(1) *Precis repelluntur ob impœnitentiæ diuturnitatem; (Thren. III, 44.) admittuntur, eadem serio emendatâ.*

(2) *Vincti, Filii mortis, non sunt unius generis, agnoscamus miseriam & vincula, conf. Psal. XLIV, 23.*

(3) *DEi brachium immensum est, cujus virtute superstites servantur, qui mortam erant meriti.*

USUS E VERSU XII.

(1) *Imprecatio est licita, qua oritur ex læsione divini nominis blasphema.*

(2) *Injuria non fit blasphemis, quando septuplum recipiunt pro maledictis: infinitum enim est Numen, quod proterve multotiesque læserunt.*

(3) *Opprobria afficiunt DEum ipsum, qua quandoque effutiuntur in Dei servos: Actor. IX, 4.*

USUS E VERSU XIII.

(1) *Maximum piorum solatium, esse Dei gregem peculiumque: à Deo igitur horum nutritio, deductio, defensio, &c.*

(2) *Laus & propagatio divina bonitatis debet esse publica, perspicua, (enumerabimus,) quotidiana, per omnem posteritatem continuanda. II. præc.*

(3) *Laudem promittere debemus & exsolvere: Psal. L, 14. 1. Tim. II, 1. seqq.*

PSALMI LXXX. DISPOSITIO.

Vinea devastata.

Vineam conserva.

E St hîc (I) imploratio: (1) *cujus? Pastor Isr. Ductor Josephi, Sædens super Cherubim: v. 2.* (2) *ad quid? (a) audi, (b) appare: ibid. (c) excita robur tuum in conspectu Ephraimi, Benjam. & Manass. (d) procede ad salutem nostram: v. 3. (e) reduc nos: (f) illumina vultum tuum, ut salvemur: v. 4. (g) quousque preces populi tui repudiabis? vel, ne amplius repudies preces nostras. v. 5.*

II. *Recensio tum adversitatum: (1) cibasti nos pane lacrymarum: v. 6. (2) potasti nos lacrymis copiosis: v. 6. (3) exposuisti nos vicinorum jurgiis ludibriisque: v. 7. (Inferitur hîc suspirium superius v. 4. reduc nos &c.*

Tum *beneficiorum primorum: (1) vitam ex Ægypto tibi eduxisti: v. 9. (2) gentes in hujus gratiam extirpasti: (3) vitem plantasti: ibid. (4) locum expurgasti: v. 10. (5) vitem altè radices agere fecisti: ibid. adeo ut (6) montes um-*

bra ipsius operi: (7) palmites cedris assimilati: v. 11. (8) propagine ad mare fluviumque productæ: v. 12.

III. *Querela: (1) quare rupisti macerias ejus? v. 13. (2) prætereuntes spoliarunt eam: ibid. [3] apes sylvestres nec non feræ corrumpunt: v. 14.*

IV. *Petitio: (1) iterum respice hanc vineam: v. 15. (2) visita ipsam: ibid. Rationes sunt (a) basin hanc fundavit dextra tua; v. 16. (b) firmasti eam propter Filium: vel, fac hoc propter Filium à Te confirmatum: ib. (c) igne jam combusta est: v. 17. (3) pereant (hostes) ab increpatione vultus tui: ibid. (4) sit manus tua super virum dextræ tuæ, super Filium hominis, quem tibi corroborasti: v. 18.*

V. *Promissio: (1) non recedemus à te: v. 19. (2) vivificati nomen tuum invocabimus: His ipsis tertiâ vice subjungitur suspirium intercalare: reduc nos &c. ut v. 4. & 8.*

PSALMUS LXXX.

EXPLICATIO VERSUS I.

Ad vel super hexachordò: Chaldaus על יתבי סנהדרין pro sedentibus in synedrio,

qui occupantur כסדרות in testimonio legis. Vide quæ de inscriptione hac annotata jam sunt Psal. XLV, 1. LX, 1. LXIX, 1. Unde simul constabit, h.l. idem